3073.

1

Nobilissime atque Celeberrime Vir

Gratiam, qua, Illustrissima et Splendidissima Imperialis Academia Scientiarum Petropolitana, me, inter membra sua Honoraria, recipiendo, amplecti dignata est, Summa Animi Veneratione agnosco.

Fuit hoc ipsum, mihi, mea in Senectute et otio, in quo tamen non otiosus vivo, tam gratum

1v quam inopinatum; Fuit et lotum, mea typis evulgata Scripta, Eruditissimis in Imperio Rossi=
critico, Viris haud displicuisse. Fuit vero et
certe gloriosum, ab Illustrissimis et Excellentissi=
mis Viris, in splendidissimo et maxime Solemni
Conventu Jubilaeo Semisecularis, Imperialis Aca=
demiae Scientiarum Petropolitanae, inter alios,
quos, per totam Europam electos, maxime
Illustres et Eruditissimos Viros, locum obti=
nuisse.

Tibi, Nobilissime atque Celeberrime Vir, qui
per gratiosissimam Tuam Epistolam, me de hoc
honore certiorem reddere voluit, maximas
et debitas persolvo gratias, et lator, mihi,

2

hoc ipso, occasionem datam fuisse, meum erga Te, declarandi Animum tam Amicum quam gratum, meque omni tempore Tuam agnoscere velle benevolentiam.

Oro, mihi post hac, eodem benevolo animo favere pergas.

Ego vero omni cum aestimatione et cultu permaneo Tui Nominis

Cultor humillimus et ad grevis officia obstrictissimus Sodalis et confrater

Upsaliae die XII. Martii Ann. MDCCLXXVII

Johan. Gottschalk Wallerius.
Eques Ordin. Reg. Wasae
Emeritus Profess. Upsaliensis etc.